



## DOMINGO DE PENTECOSTÉS

### Epístola Act. 2. 1-11

CUM compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco: et factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis: et replévit totam domum ubi erant sedéntes. Et apparuérunt illis dispertítæ linguæ tamquam ignis, sedítque supra síngulos eórum: et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, et cœpérunt loqui váriis linguis, prout Spíritus Sanctus dabat éloqui illis. Erant autem in Jerúsalem habitántes Judæi, viri religiósi ex omni natióne, quæ sub cælo est. Facta autem hac voce, convénit multitúdo, et mente confúsa est, quóniam audiébat unusquisque lingua sua illos loquéntes. Stupébant autem omnes, et mirabántur, dicéntes: Nonne ecce omnes isti, qui loquúntur, Galilæi sunt? Et quómodo nos audívimus unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi et Medi, et Ælamítæ, et qui hábitant Mesopotámiam, Judæam, et Cappadóciam, Pontum, et Asíam, Phrýgiam, et Pamphýliam, Ægýptum et partes Líbyæ, quæ est circa Cyréne, et ádvenæ Románi, Judæi quoque et Prosélyti, Cretes et Arabes: audívimus eos loquéntes nostris linguis magnália Dei.

Llegó el día de Pentecostés y estaban todos los discípulos reunidos en un mismo sitio; de pronto vino del cielo un ruido, como de un viento recio, que llenó toda la casa donde estaban. Y vieron aparecer unas lenguas como de fuego que se repartían posándose encima de cada uno. Y todos quedaron llenos del Espíritu Santo, y empezaron a hablar en lenguas extranjeras, según el Espíritu les concedía expresarse. Residían entonces en Jerusalén judíos devotos, oriundos de toda nación que hay bajo el cielo; al correrse la voz, acudió la multitud y quedaron desconcertados, porque cada uno oía hablar en su propio idioma. Fuera de sí por la sorpresa decían: Pero ¿no son galileos todos esos que están hablando? Entonces ¿cómo es que cada uno les oímos hablar nuestra propia lengua nativa? Partos, medos, elamitas, habitantes de Mesopotamia, Judea, Capadocia, Ponto, Asia, Frigia, Panfilia, Egipto, zona de Libia fronteriza de Cirene, romanos residentes, judíos y prosélitos, cretenses y árabes les estamos oyendo hablar en nuestras lenguas de las maravillas de Dios.

### Aleluya Ps. 103. 30

ALLELÚIA, allelúia.  
V. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ.

Aleluya, aleluya. V. Envía tu Espíritu, y créalos, y repuebla la faz de la tierra.

Se hace genuflexión al decir las siguientes palabras:

ALLELÚIA. *V.* Veni, Sancte Spíritus, reple  
tuórum corda fidélium: et tui amóris in eis ignem  
accénde

Aleluya. *V.* Ven, Espíritu Santo, llena el corazón  
de tus fieles, enciende en ellos la llama de tu  
amor

### Secuencia de Pentecostés

Veni, Sancte Spiritus,  
et emitte cælitus  
lucis tuæ radium.  
Veni, pater pauperum,  
veni, dator munerum,  
veni, lumen cordium.  
Consolator optime,  
dulcis hospes animæ,  
dulce refrigerium.  
In labore requies,  
in æstu temperies,  
in fletu solatium.  
O lux beatissima,  
reple cordis intima  
tuorum fidelium.  
Sine tuo nomine  
nihil est in homine,  
nihil est innoxium.  
Lava quod est sordidum,  
riga quod est aridum,  
sana quod est saucium.  
Flecte quod est rigidum,  
fove quod est frigidum,  
rege quod est devium.  
Da tuis fidelibus  
in te confidentibus  
sacrum septenarium.  
Da virtutis meritum,  
da salutis exitum,  
da perenne gaudium.

Ven, Espíritu Santo,  
y desde el cielo  
envía un rayo de tu luz.  
Ven padre de los pobres,  
ven dator de las gracias,  
ven luz de los corazones.  
Consolador óptimo,  
dulce huésped del alma,  
dulce refrigerio.  
Descanso en el trabajo,  
en el ardor frescura,  
consuelo en el llanto.  
Oh luz santísima:  
llena lo más íntimo  
de los corazones de tus fieles.  
Sin tu ayuda  
nada hay en el hombre,  
nada que sea inocente.  
Lava lo que está manchado,  
riega lo que es árido,  
cura lo que está enfermo.  
Doblega lo que es rígido,  
calienta lo que es frío,  
dirige lo que está extraviado.  
Concede a tus fieles  
que en Ti confían,  
tus siete sagrados dones.  
Dales el mérito de la virtud,  
dales el puerto de la salvación,  
dales el eterno gozo.

+ EVANGELIO +

+ Jn 14. 23-31

IN illo témpore: Dixit Jesus discípuis suis: Si quis díligit me, sermónem meum servábit, et Pater meus díliget eum, et ad eum veniémus et mansiónem apud eum faciémus: qui non díligit me, sermónes meos non servat. Et sermónem quem audístis, non est meus: sed ejus, qui misit me, Patris. Hæc locútus sum vobis, apud vos manens. Paráclitus autem Spíritus Sanctus, quem mittet Pater in nómine meo, illo vos docébit ómnia et súggeret quæcúmque díxero vobis. Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: non quómodo mundus dat, ego do vobis. Non turbétur cor vestrum neque formídet. Audístis quia ego dixi vobis: Vado et venio ad vos. Si diligerétis me, gauderétis útique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priúsquam fiat: tu cum factum fúerit, credátis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam. Sed ut cognóscat mundus, quia díligo Patrem, et sicut mandátum dedit mihi Pater, sic fácio.

En aquél tiempo dijo Jesús a sus discípulos: El que me ama, guardará mi Palabra, y mi Padre lo amará, y vendremos a él, y haremos morada en Él. El que no me ama, no guarda mis palabras. Y la palabra que estáis oyendo no es mía, sino del Padre que me envió. Os he hablado de esto ahora, que estoy a vuestro lado; pero el Paráclito, el Espíritu Santo, que enviará el Padre en mi nombre, será quien os lo enseñe todo y os vaya recordando todo lo que yo os he dicho. La paz os dejo, mi paz os doy; no os la doy yo como la da el mundo. Que no tiemble vuestro corazón ni se acobarde. Me habéis oído decir: Me voy, y vuelvo a vuestro lado. Si me amarais, os alegraríais de que vaya al Padre; porque el Padre es más que yo. Os lo he dicho ahora, antes de que suceda, para que cuando suceda sigáis creyendo. Ya no hablaré mucho con vosotros, pues se acerca el príncipe de este mundo; no es que él tenga poder sobre mí, pero es necesario que el mundo comprenda que yo amo al Padre, y que lo que el Padre me manda yo lo hago.